



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 70. Lunensis Comes a Cæsare Oenipontum accitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

„concupere vellet. „ Verum Pontifex ab exerenda indignatione sua prohibebatur literis Delphini Nuntii sui, qui in Cæsaris moderatione, & lenitate plurimum spei reponebat.

Sæcul. XVI
A.C. 1563.

§. LXX.

Lunensis Comes a Cæsare Oenipontum accitus.

Post hæc Cæsar datis literis Lunensem Comitem Oenipontum venire iussit, ut cum Lotharingio Cardinale conferret, qua ratione hic Orator salvo Principis sui honore Concilio interesse posset: addebat quoque Cardinalis, quod illius præsentiam exoptarent, contrariis tamen rationibus ad id permoti: illi enim existimabant, quod Comes, qui contendebat cum illis de ordine sedendi, saltem concordaturus esset cum ipsis circa ordinem procedendi, cum recenti mandato ei injunctum fuisset a Rege Catholico, ut conjunctim non modo cum Cæsarianis, sed etiam cum Gallis in emendatione curanda conferret, ac præsertim plurimum Lotharingii Cardinalis auctoritati tribuat.

Pallav. l. 20.
c. 5. n. 2.
Lett. de Vis-
cont. tom. I.
p. 59.

§. LXXI.

Hist. Ecclesiast. Tom. XLVI.

K